

presentem paginam confirmamus sigilli nostri impressione roborantes. Acta sunt hec anno dominice incarnationis m. cc. xi., indictione xiiii, epacta iii<sup>a</sup>, quinto concurrente. Huius rei testes sunt: Guntherus dapifer de Slatheim. Lvdewicus de Almenhusen. Hugo de Sumeringen. Iohannes et Albertus de Herucereslevem. Hermannus maior de  
5 Phurre. Heinricus marscalc de Sundershusen. Insuper et omnes nobiles lantgravii.

## 160.

*Graf Friedrich von Brehna verkauft 6 Hufen in Wiesewitz und Welestorp dem Peterskloster auf dem Lauterberge. Zörbig, 1211 [Januar—September].*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 176. Beschädigtes S., an Pergamentstreifen, = Taf. IX, 9.*

10 *Gedr.: Köhler, das Kloster des heil. Petrus 60.*

*Anm.: Petersberger Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 32, 98 und 101 Anm. 5.*

:In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis.: Ego Fridericus dei gracia comes de Brenen. Quoniam labilis est etas et nichil est | velocius annis, ut ea, quę geruntur in tempore, non labantur cum tempore, scripturę beneficio debent eternari et [in] posterum  
15 memorię commendari. | Notum sit igitur presentibus et discant posteri, quod ego Fridericus dei gracia comes de Brenen duos<sup>a</sup>) mansos in villa Wesnewitz et unum Welestorp<sup>b</sup>) sex choros tritici solventes pro septuaginta quinque marcis a me comparatos contuli ecclesię beati Petri apostoli in Sereno Monte cum omni ususfructuum utilitatę iure perpetuo possidendos, eidem ecclesię quindecim marcas de predicta pecunia remittens pro remedio  
20 anime matris meę et pro percipienda peccatorum meorum indulgencia. Vt igitur factum istud a quoquam heredum meorum in posterum ausu temerario non possit infirmari, presenti pagine placuit inscribi et sigilli mei munimine roborari sub testimonio illorum, qui presentes erant. Huius rei testes sunt: Robertus et Albertus sacerdotes et canonici de Sereno Monte. Albertus conversus. Reinardus et Ericus sacerdotes. Gerardus  
25 capellanus comitis Friderici. Fridehelmus de Wlfheim. Heinricus de Beierstorp. Rodolfus de Nienburch. Iohannes Haneke. Ericus de Pritin. Heinricus de Gödenberch. Heinricus de Otlivvest. Martinus de Hanecradę. Tidericus Dochter et Hermannus frater eius. Hartmannus de Rodhe. Guncelinus. Gunterus et alii quam plures.

Acta sunt hec Zurbeke incarnati verbi anno m. cc. xi, indictione xiiii., regnante  
30 glorioso imperatore Ottonę semper augusto, inperii eius anno iii; feliciter amen.

(SFR.)

160. a) duo auf Rasur mit dunklerer Tinte. b) Wesnewiz et unum Welestorp von anderer Hand, mit dunklerer Tinte geschrieben. Wohl dieselbe Hand, welche die Correctur an duos<sup>a</sup>) vorgenommen hat.